



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

2. De Inuentione. Nutrix inuentionis, eruditio: & eruditæ debent esse  
Orationes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

voluptatem, ut quiescere nullo modo possint, putantq; se ijsdem auribus audiri ab omnibus, quo ferooris impetu dicunt: Partim etiā cōtingit doctis, sed confusis plerumq;, & morosis hominibus, qui nunquam sibi satisfaciūt, nisi quicquid mente conceperint, id totum in turbz circumstantis aures effuderint.

*Hoc elogium tribuit Se-neca Caffio Sene-ro. l.3. contr.in pref.*

Magnum proculdubio vitium, & haud scio an illum sit in oratore, quod magis auditorum animos deterret: Paucos admodū inuenias, de quibus illud dicitur, *Timebant ne desineret*, eti illi prima, aut altera concione, vbi nouitas auditorum mentibus quodammodo lenocinatur, placuerint, tamen si pergent, sicut onerosi: adeò etiam speciosi sermonis immodi-ca prolixitas fastidijs adhærescit.

Sed eò imprudentiores sunt, qui sive in poësi, sive in orationibus, sive in concionibus, cū trita, communia, & frigida penē dicāt omnia, hanc tamē verborum luxuriam profundunt, nec benē monentibus obtemperant, modò dicenscūt itillans quoddam desiderium explant. O graue eacoēthes, & apud occupatas aures odiosum! Audiant tandem illud D. Gregorij Nazianzeni dictum, *Kέντρον τηλον πός οὐοστεις*

*Adige equum ad metam Argumentum sequere, ad rem veni, quorsum tot loci communes? quo spectant tot parerga? quo tot historiae? tot testimonii: Verum hæc pulchra sunt. Esto, sed non erat hic locus sc̄is simulare cypressum. Peribit igitur mihi labor irritus? Ita, ne auditorum aures pereant. Sed speciosum est ad doctrinam multa dicere. Erras, nunquam illud Callimachi legisti, magnus liber, magnum malum: nunquam Demosthenis illam vocem auream audiisti, oī τὸ μέγα τὸ δὲ τὸ εὖ γά. Non quod magnum est, bene est: sed quod bene est, magnum est.*

*Sepius in libro nemor. istur Persius uno,*

*Quam leuis in tota Marsia Amazide.*

Magna prudenter est manum de tabula opportune, & loco deponere.

Ne igitur haud leuis trahatur error ex limite, serio considerandum est, initio quid veniat in discepcionem, quid sit attributum, quale subiectum: an sit infinita quaestio, an finita, an simplex, an comparata, cuius generis sit, & statutus, an suitionis an qualitatis, an coniecturae? Quæ omnia, vbi perspecta fuerint, & sensu, intelligentiaque distincta, tum demum in destinatum scopum omnia argumenta erunt dirigenda, ac primum ab intentione incipendum.

### DE INVENTIONE.

Nutrix inventionis, eruditio, & an eruditæ debeant esse orationes.

### CAPVT II.

Primus fons inventionis est eruditio varia, *Varia eru-dito nutritia eloquentia.* ex qua omnem eloquentiam crescere, facit nutrix cundari oportet. Neque enim perfectus orator esse potest, qui non omnium rerum cognitione, atque intelligentia dignissimarum, *Plutarh in* pectus complevit suum. Vt Persæ arbor Nili *Ipsa, &* aquis irrigata, floret cultius, & parit vberius: *Ophride.* Sic manantibus doctrinæ riuis perfusa, virescit eloquentia. Tolle eruditio[n]em à dicendi facultate:

*Ἐπιφυλλοεπαρτ' ἐστι, καὶ σωμῆλη μετατοπίσθια: quid aliud erit, quam loquacia puerilis? quam arbor foliorum luxurie vestita, sed fructus expersa: quam arena (vt aiebat ille) sine calce. Bene* *Quintil. I. 1.* igitur oratori futuro, necessariam esse multarum artium scientiam iudicat Fabius *Quintilianus.*

Benc M. Tullius (sic sentio neminem in oratores numero habendum, qui nos sit omnibus ijs artibus, quæ sunt liberò dignæ percep-titus, quibus ipsis, si in dicendo nō vtimur, tamē appareat, atque extat, utrum simus earum genua arius rudes, an didicerimus. Ut qui pila ludunt, non eloquenti-ventur in ipsa lusione artificio proprio palestræ: sed indicat ipse motus, didicerintne palæstram, an nesciant: & qui aliquid singunt, etiū pictura non ventur, tamen utrum sciant pingere, an nesciant, non obscurum est: sic in orationibus hisce ipsis iudiciorum, concionum, Senatus, etiam si propriæ cæteræ non adhibentur artes, tamen facile declaratur, utrum is qui dicat, tantummodo in hoc declamatorio sit opere iactarus, an ad dicendum omnibus ingenii artibus accesserit.) Qui locus sine eximius est ad dissoluendam controveriam, quam nunc agitari inter multos video: utrum d'iam esset iportent orationem: de quo varias, & discrepantes audiuimus sententias.

Alij, quasi eruditio[n]i liberaliori bellum in-dicebunt, toti sunt in structura, & compositione verborum: ex quo illud equidem assequuntur, ut compre, & fluidè dicant, rerum autem succum, & opulentiam nullam habeant: idque certis tuerunt addicti rationibus, quod eruditio, & eloquentia facultates sint inter se di-

*An docta orationes esse debant.*

S 3 stia-

**S**icut &c, in orationibus vero eloquentiam, non doctrinam profiteantur: neque sumorum oratorum, ut Demosthenis, & Ciceronis orationes, hoc inanis doctrina fuso, (ut appellant) sint ornatae.

Alij doctum rati esse Oratorem oportere: historijs, & testimonij orationes sine vilo discrimine referunt, & in dictione inertes, hoc unum curant, ut variam doctrinam supellecitem explicent. Qui profecto videntur omnes a vera, germanaque oratoriæ facultatis ratione aberrare. Nam, qui omnem doctrinam fugiunt, licet orationis structuræ, & omni verborum expositione sunt excellentes, necesse est cum magno auditorum tædio audiri, & ab optimi oratoris maiestate longius absesse: Qui vero solis antiquarijs rebus, eruditio, variaque doctrina inhiant, spiritus elidunt eloquentiaz. Adhibenda est in eo, sicut in cæteris rebus temperies, & quid res, quid locus, quid aures, aut patientur, aut expectent, considerandū est.

**Temporis eruditio**

Quatuor dicendum est in concione, in iudicij, in senatu, de re ciuili, & negotiosa: cum Hannibal est ad portas, cum de foedere Pyrrhi agitur, cum squalloribus: Purum ethicæ ad doctrinæ ostentationem in parergis ludere, & necessaria neglegere: penitum est eruditio profiteri: itaque, & prudentes oratores, etiam si doctrinam adhibeant, non unquam tamen ea dexteritate faciunt, ut illud, quod dicunt, sponte sua influisse non quæsircum esse videatur, tot condimentis deinde leniant, atque aspergunt, ut popularibus etiam auribus reddant familiariter. M. Tullius in Miloniana, amplissimam illam, & grauissimam de prouidentia diuina disputationem attingit eo loco, quem alio in libro commemorauit. Non afficit hic diuersas Philosoporum de eate sententias, abstrusaque rationes, & argutias, sed rom dumtaxat proponit, & graui similitudine illustrat, cauet autem pluribus disquirere, ne foru in academiam videatur commutare. Pro Murena vero Stoicæ sectæ capita perstringit, & exigitat: sed qua industria? qua urbanitate? Ita plane hæc tractat, ut videatur non ignorare, imo plenissime scire, sed ratione fori, & iudiciorum plura consulè minimè dicere. Is est igitur in istius generis orationibus doctrinæ modus.

**Quomodo in eruditio genere.**

At vero, si extra fori, & iudiciorum negotiosa, aut certè reatus, & squalloris subsellia, habenda sit oratio, in qua eruditio expectatur, speratur delectatio, & non modo fructus ani-

morum, sed etiam suavitas elocutionis requiri, quales sunt, quæ olim magni nominis Sophistis habebantur, & nunc etiam in scholis Rhetorum haberi possunt. Quis non videt hic adhibendam esse eruditiois luculentam vertatem: cum verbis tantum, grauium personarum aures non paleantur, sed magnis rebus innutriantur? Qui Demosthenis, & Ciceronis orationes, ad hanc tentiam petimendam afferunt, plumbeo gladio eam iugulare conantur, nulloque rationis fundamento impugnant, vel Ciceronis ipsius iudicio, qui hæc Cicerois orationum genera, quæ illi confundunt, expli- oras epidemias distinxit. Neque vero, cum eruditio. Eicas ora- nem adhibendam dico, eos imitari velim, qui tiones aper- scholia, & farragines orationum loco scribunt. Et, & palam Volo eruditas rationes, ex omni scientia peri- omni vari- tudinae, sed ea lege, ut istis illustretur, non to- tate expedita obliniatur oratio, ut hæc digerantur, non inficiantur, ut ordine, ut loco disponantur, ut figuris, dictiōnum vestiantur, ut omnium florū varietate, ut affectibus, ut copiola sua- uitate respergantur.

**Primus sors inventionis, historie.**

**C A P V T . I I I .**

**O**ccurrunt primū historia, quæ ad orationem alendam, & firmis veluti adminiculis sustentandam plurimum valet. Nec is a vero aberrari, qui eam veluti eloquentiæ horreum quoddam nominariit. Est eius certè vis admirabilis, ex qua efficitur, quod ait D. Gregorius Naz. in car. Nazianzeus, ut unus hominis mens, ex omnium mentium, & scolorum perfectione, in tabulum, unum sapientiæ aceruum coalesce videatur. Quid diuinius, quam omnia nosse, quam disiunctissimas regiones, velocissimi sydoris more illustrare? quam omnium statum memorias, gestas, facta, exempla petentes; quam imperiorum status, ortus, progressus, vicissitudines, decursus, exitus uno mentis aspectu contemplari? Quid illustrius, quam regendi, militandique disciplinam, clarissimarum virtutum effigies, in unam veluti tabulam congregata inspicere, preterita cum presentibus comparare, alieno damno sapere, salutaria inde pracepta ad omnem virgulturam decepere. A. Eschyl. N. 7. is. His tragedia Phasævæs Berægorata;

Nec